

1730, 26


27

FACVLTATIS JVRIDICÆ
P. T.
DECANVS,
ERNESTVS TENZELL,
JCTVS,
EMINENTISSIMI AC SERENISSIMI PRINCIPIS
ELECTORIS MOGVNTINI CONSILIARIVS RE-
GIMINIS, JUDICII PROVINCIALIS ERFORDIEN-
SIS ASSESSOR, AC DICTÆ CIVITATIS
CONSVL PRIMARIVS.

L. B. S.

ERFORDIÆ,

Typis JOH. CHRISTOPH. HERINGII,
Acad. Typogr.



Vob Imperatores *Valentinianus*, *Theodosius* & *Arcadius* in *L. 14. C. de contrah. emt.* rescripscrunt: Dudum proximis consortibusque concessum erat, ut extraneos ab emtione removerent neque homines suo arbitratu vendenda distraherent: sed quia gravis hæc videntur injuria, quæ inani honestatis colore velatur, ut homines de rebus suis facere aliquid cogantur inviti, superiore lege cassata, unusquisque suo arbitratu querere, vel probare poterit emtorem: illud quidem ad effectus dominii recte referitur, quod quilibet rei suæ debeat esse liberimus moderator & arbiter *L. 21. C. mand.* Et quod æquitati naturali nihil tam conveniens sit, quam voluntatem domini, rem suam in alium

alium transferre volentis, ratam haberi, sec. §.
40. *J. de R. D.* Aliud tamen s^epissime even-
tum docere, experientia testis est; ita ut ar-
bitrium Domini haud raro impedimentum
capiat v. pr. *J. quib. al. lic.* Sive per naturam,
sive per conventionem, per Magistratum etiam,
Testatorem, vel per Legem. Sic enim per Na-
turam restrictio liberæ dispositionis contingit
in illis, in quibus principia consensus, intelle-
ctus & voluntas impediuntur, quod sit in in-
fantibus, furiosis, mente captis extremè ebriis,
& similibus. Conventio præterea obicem sæ-
pe ponit Domino, ita tamen ut pactum expres-
sum ne quis rem suam alienet, non impedit,
regulariter dominii in alium translationem, l. p.
ff. de pact. l. 15. pr. ff. de servit. Cum nimis du-
rum esset, ut quis re sua uti prohibeatur, quam-
vis consulere sibi alter per actionem ad id
quod interest, vel poenæ stipulatione, si quæ
adjecta est, possit, l. 38. §. 17. *ff. de V. O. l. 49. ff.*
de recept. & aliud sit, si pactum adiectum sit
prioris dominii, in casum contraventionis, reser-
vativum, v. L. 13. *ff. de pignor. act.* Sic & in pa-
cto resolutivo addictione in diem, fieri potest,
ut dominium ipso jure ad venditorem l. 41.
ff. de

ff. de R. V. Et aliquando in pacto L. commis-
soriæ v. l. 4. C. de pact. inter emt. redeat & sic do-
minorum dispositiones circa res suas normam
cipient. Magistratus prohibitione impeditur
aliquando alienatio v. g. ob utilitatem publi-
cam, vel quando prodigis per decretum admini-
nistratio est interdicta, l. 6. *ff. de V. O.* Testa-
mento etiam leges posse dari alienationibus,
dubium nullum est. Quæ aliquando dominii
translationem impediunt, v. l. II. *C. de fidei-*
comm. ubi tamen intersit an verba prohibitiva
in rem sint concepta, an in personam, v. l. 38. §.
5. *ff. de leg. 3. it. l. 89. §. 1. ff. de V. S.* Lege etiam
effectus dominii multis modis sunt restricti, tam
quoad negotia inter vivos, quam quoad ultи-
marum voluntatum causas. Illorum ratione
specialiter quæ de pupillis, minoribus, fœminis,
filiis familiis &c. jura specialiter disposuerunt,
attendenda veniunt. Has quod attinet, dicitur
quidem in *L. I. C. de SS. Eccl.* Nihil esse, quod
magis conveniat fidei humanae quam, ut *suprema*
voluntatis (postquam jam aliud velle non possunt)
liber sit stylus, & liberum, quod non redit, arbi-
trium. Et eadem videtur fuisse intentio *Le-*
gum 12. Tab. in verbis: uti quisque rei sue te-
gassit

gassit, ita jus esto: Quæ tamen libertas plenissima Romanis displicuit, ideoque Lege Furia cautum fuit, ne supra mille asses, cuiquam legare liceret, ut autor est Ulpianus, in fragmentis Tit. i. §. i. Præterea Lex Voconia lata: ne quis Legatariorum plus caperet, quam heredi obtingere posset. Cum verò facile ita evenire potuerit, ut ita parum heredibus consultum esset ad alias cautelas progressus factus, Legis scil. Falcidiæ, seu plebisciti, rogante P. Falcidio, Tribuno plebis, ne minus, quam pars quaranta hereditatis maneret penes heredem, qui detraheret, quod plus dodrante legatum foret, l. i. pr. ad L. Falc. Quæ Falcidiæ ratio efficit, ut legatum, quatenus ultra dodrantem relictum est, sit ipso jure nullum l. 73. §. f. ff. ad L. Falc. ejusque dominium eatenus in legatarium non transfertur, l. 18. C. eod. Quæ æstimatio hereditatis juxta eam quantitatem, quæ est tempore mortis computanda §. 2. f. de Leg. Falc. l. 56. ff. eod. Æstimatio verò rei legatæ, juxta commune pretium. l. 63. ff. eod. In specie verò quomodo circa alimentorum & ususfructus legatum æstimatio facienda, normam præbet notabilis L. Computationi 68. ff. ad L. Falc. Quam expli-
candam sibi elegit

NOBI-

NOBILIS ET CLARISSIMUS JURIS CANDITATVS
DOMINVS
GOTTLOB HENRICVS
VULTIUS

Natus is est Rechenbergi, Vico Misniæ suis pri-
vilegiis gaudente, ein Marchflect/ Ao. MDCC.
Mense Jun. Parentibus honestis, Patre CHRI-
STOPHORO Bulte / Matre verò, MARIA
MAGDALENA nata STRAVSIN. Quorum
dilectissimorum Parentum sollicitudo eò dire-
cta semper fuit, ut & fundamentis fidei Chri-
stianæ, & artium liberalium, curà Præceptorum
privatorum, optimè imbueretur filius. Cre-
scente ætate, ut & crescerent studia ad Gymna-
sium Freibergense missus fuit. Ubi B. Dni SA-
MVELIS HASSII, Con-Rectoris, & M. SA-
MVELIS MÖLLERI, Rectoris lectiones publi-
cas æquè ac privatas, frequentavit. Hinc ce-
leberrimam Universitatem Lipsiensem adiit,
ibique à Rectore Magnif. Dn. D. RIVINO, in al-
bum Civium Academicorum relatus est. Et
ut eo melius expectationi Parentis satisfaceret, à
Collegiis Philosophicis ducta celeberrimi Dn.
D. AVGVSTI FRIEDERICI MÜLLERI, ini-
tiū Studiorum Academicorum fecit. In Jure
1800
por-

porrò B. Dn. D. PHILIPPVM, P.P. & Facultatis
Juridicæ Lips. Seniorem, prima Jurisprudentiæ
Rom. elementa explicantem, & in reliquis Ju-
ris partibus, præsertim etiam in Processualibus
B. Dn. D. SCHACHERVVM P. P. audivit. Le-
ctiones præterea Consultiss. Dn. D. CAROLI
OTTONIS RECHENBERGII, PP. publicas &
privatas frequentavit. Quorum JCtorum in-
dustriam, eruditionem, atque humanitatem,
debita mentis devotione veneratur. Nunc
specimina acquisitæ in Jurisprudentia Scientiæ
editurus, Facultati nostræ literas obtulit, ut
examen subire rigorosum ipsi permetteretur.
Quare more à Majoribus nostris recepto, tex-
tus ex utroque Jure explicandos transmisimus
termino simul ad ipsum examen inaugurale
præstituto. Cum igitur nonsolum in expli-
candis illis textibus, sed & in ipso examine
optimè expectationi nostræ satisfecerit, ideo
omnium calculo dignus judicatus fuit, cui ad
reliqua specimina inauguralia imo ad ipsos ho-
nores in jure supremos aditus aperiretur. Le-
ctionem itaque cursoriam ad d. L. 68. ff. ad L.
Falc. & hac finita Disputationem Inaugura-
lem

DE

DE LIBRIS ET SCVLPIIS
ALIMENTIS PARTVI
ADVLTERINO & INCESTVO-
SO PRÆSTANDIS,

In Auditorio Jutorum Collegii Majoris proximo die Lunaæ XIII. hujus Novembris, horis consuetis, habebit. Quos Actus solennes ut Reverendissimus Dominus Rector Universitatis nostræ Magnificus, ac reliqui Domini Proceres, ac Cives, sua præsentia condecorare velint, decenter invitantur. Publicatum Dominica XXIII. post Trinitatis d. XII. hujus Novembris Anno MDCCXXX.

L.S.

DE


ERFURT, Diss., 1730 (1)

ULB Halle
003 749 266

3



TA-70L



1730, 26
27

FACVLTATIS JVRIDICÆ
P. T.
DECANVS,
ERNESTVS TENZELL,
JCTVS,
EMINENTISSIMI AC SERENISSIMI PRINCIPIS
ELECTORIS MOGVNTINI CONSLIARIVS RE-
GIMINIS, JVDICII PROVINCIALIS ERFORDIEN-
SIS ASSESSOR, AC DICTÆ CIVITATIS
CONSVL PRIMARIVS.

L. B. S.

ERFORDIAE,
Typis JOH. CHRISTOPH. HERINGII,
Acad. Typogr.

1730, 26
27